



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. An Donationes remuneratoriæ Principum, si sint immoderatæ, debeant rescindi, etiam si iuramento priuilegium, & donatio firmarentur. Ex part. 8. tr. 6. res. 123.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

RESOL. XV.

An donatio remuneratoria Principum transeat in vim contractus, ita ut reuocari non possit, maxime si Reges donent sub nomine dignitatis? Ex part. 8. tract. 6. Ref. 122.

§. 1. **R**espondeo donationem factam à Principe ex causa remunerationis, tanquam contractum onerosum, liberè reuocari non posse; in individuo tradit Felinus in c. noui. n. 7. de iudic. Romanus cōf. 436. vers. septima principalis conclusio, Alexander cōf. 101. n. 1. lib. 1. cōf. 5. n. 19. c. 20. cōf. 78. lib. 4. Ruinus cōf. 207. n. 7. lib. 1. cōf. 162. n. 10. lib. 4. Decius cōf. 566. Iason cōf. 4. vers. Quarto principaliter, vol. 1. Lupus in rubr. de donat. Capic. dec. 21. n. 15. c. 24. n. 13. c. dec. 77. n. 3. Nata cōf. 268. n. 5. c. 7. lib. 2. Tiraquellus in l. si unquam, v. Donazione largitus, n. 15. C. de reuoc. donat.

2. Hinc regulare est, quod talis gratia, seu concessio propter beneficentiam non potest tolli, nisi expressa iusta causa, & quæ publicam respiciat utilitatem, per textum in l. Titius puerum ff. de obsequia liber. l. Lucius, C. de euit. l. item si verberatum, §. prater ea, vbi Bartolus & Angelus ff. de rei vindic. Baldus in l. qui se patris, Cod. vnde liberi. Hippolytus cōf. 57. n. 27. Andreas in c. 1. §. prater ea Ducatus de prohib. feud. alienat. & in cōstit. ea que in titul. quod nullus Pralat. & plenius & magistralius in cap. si militet, circa princ. c. 6. de Capit. qui cur. vend. vbi, si non potest reuocare feudum, Baldus sing. in cap. 1. de natur. feud. Felinus in d. c. noui. n. 7. de iudic. Iason in l. 1. n. 2. ff. de pactis, Alexander cōf. 16. vol. 2. cōf. 135. n. 2. 1. vol. 4. Grammaticus vob. 28. Nata cōf. 258. n. 5. cū pluribus sequent. xpl. 2. per pulchrè Lucas de Penn. in l. fin. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. pertotum, & in terminis Bernardus cōf. feud. 6. per totum, & præsertim, in vers. sed pro varietate mueria satis notabiliter distinguendo.

3. Et ea quidem de causa Principi non creditur, siue ipsam expresserit in specie, siue dixerit generaliter ex causis animum nostrum dignè mouentibus, siue utramque affirmauerit, siue specialem, & generalem, & quia in his, quæ non potest facere sine causa expressa, & iusta, ut est, quando vult tollere ius tertij, nullatenus est ei credendum, sed requiritur, quod causa illa, siue allegata & adducta fuerit, siue in animo eius recondita, quæ tamen possit arbitrio boni viri, & facilliter cogitari, & expendi, sit vera, & iusta, & amplius si de veritate, & iustitia non appareret, quod probetur per impertantem. Et hæc omnia docet Cabretos de neru. lib. 2. c. 3. n. 7. c. sequentibus, cui ego addo Fragosum de Republica, p. 1. lib. 3. disp. 5. n. 47. vbi firmat, posse Reges facere donationes, moderate tamen, ita ut non possint reuocari à successoribus, si donent sub nomine dignitatis. Ita Capic. supra scriptus, dec. 121. n. 4. Quia id, quod fit sub nomine dignitatis obligat successores, teste Decio in c. 1. de prebend. per textum in c. quoniam Abbas, de offi. de leg. & ibi notata. Quando verò concessio fiat sub nomine dignitatis, variant Doctores. Abbas in d. c. quoniam Abbas, opinatur non fieri quando concessio incipit, Rex Philippus, ex eo, quia quamuis Rex sit nomen appellatiuum, Philippus est nomen proprium. Capic. tamen dec. 21. n. 6. credit hoc modo factam concessionem esse sub dignitate, proindeque perpetuò durare, nec posse reuocari à successoribus, tunc enim concessum est à Rege in dignitate constituto, & in subscriptione apponit duntaxat, Rex, quod cit nomen dignitatis; sequitur Cabed. 2. part. decisi. 19. n. 6. aliter enim nulla constitutio edita à Summo Pontifice diceretur tribui sub nomine dignitatis, quod non est dicendum cum incipiat, Clemens Papa.

RESOL. XVI.

An donationes remuneratorie Principum si sint immoderate debeant rescindi, etiamsi iuramento priuilegium, & donatio firmaretur? Ex p. 8. tr. 6. Ref. 123.

§. 1. **V**olui de hac materia latius tractare, & in particulari, ut Reges abstineant ab immoderatis donationibus, quæ vergunt potestatem in damnum ætatis, & boni publici. Afferro itaque, quod quamuis Princeps teneatur suis subditis, aut eis, qui aliqua seruitia exhibuerint, illa rependere, maxime cum facere promissit, c. 1. de donationib. Tiraquellus de nobilit. c. 37. an. 4. c. D. Molina de primog. lib. 1. c. 3. n. 20. & ibi eius additio, Berouius cōf. 65. n. 11. vol. 1. Crauetta cōf. 884. n. 6. Bocio vol. 2. cōf. 129. n. 108. Būrg. de Paz cōf. 25. n. 9. Menoch. cōf. 307. n. 11. Carolus Bordell. cōf. 22. n. 31. Augustinus Barbosa in collect. d. c. 1. de donationib. quia vi metu penarum, etiam exhortatione pramiorum boni efficiuntur, l. 1. ff. de iust. & iur. tamen id quod respicit Reges, facere beneficia, debet accipi iuxta seruitij meritum, alias enim non censetur donatio remuneratoria, ceterum vers. data rei quantitas, de donat. l. si sponso, §. circa venditionem, & l. sed si vir. s. duo. ff. de donat. inter. notant communiter Doctores in l. si donatio, C. de col. lar. Bartolus, & alij scribentes in l. frater a fratre, ff. de condit. indeb. & in l. Antilius Regulus, vbi latè Ioannes de Imola ff. de donat. Hieronymus Gratus cōf. 147. n. 23. Romanus cōf. 26. n. 3. Tiraquellus in l. si unquam, vers. susceperit libero, n. 47. C. de reuocandis donat. Surtus de alimentis, prinileg. 72. v. 5. & 6. cum Ruino, Socino, Mantica, & alijs Rotæ decisionibus, Gratianus tom. 2. disceptation. c. 383. n. 6.

2. Aliis enim, si excedit merita, & seruitium donatio, ut immoderata non valeret, iuxta quod notatur etiam Principi non licere magnas donationes facere, cap. intellecto, de iureiurando, vbi communiter Doctores, Albericus in premio, §. discipuli. n. 17. Bartolus in l. 3. §. plane ff. quod vi aut clam, Iason. lib. 1. cōf. 36. num. 1. Alexander lib. 1. cōf. 1. num. 28. Corsetus de potestate Regia, quest. 4. Couarruias in cap. quamuis paltum, §. 1. num. 4. vers. quod autem Rex, Palacios Rubios in cap. per vestras, de donat. inter. §. sed est pulchra arbitratio, n. 41. pluribus Miercz de maiorat. 4. part. q. 1. limitatio. ne 6. n. 28.

3. Vnde stante publica utilitate, priuilegia, quæ Regale patrimonium maxime lædunt, sint rescindenda, etiamsi iuramento priuilegium, vel donatio firmaretur, ut præter supra adductos, & c. intellecto, de iureiurando, Holtiensis, Ioannem Andream, Butrium, & Panormitanum ibi, & reliquos iam relatos, probarunt Oldradus cōf. 94. Rolandus lib. 2. cōf. 2. n. 9. Antonius Petra de potestate Principis, c. 17. n. 20. cum sequentibus. Molina lib. 1. de primogeniis, c. 3. n. 17. & 18. Albericus, & que ex Restauro Castaldo, Menochio, Azenedo, Miercz, Ludotico Gomez, Menchaca, & alijs congestis addit. Molling n. 17. & 18. Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 1. §. 1. n. 10. cum sequentibus. Intrigliolus de feudis, centuria 1. q. 3. n. 163. cum sequentibus. Loazes in allegatione pro Oppido de Mula, dub. 1. Azenedo in l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. & probatur in l. 1. tit. 17. l. 4. tit. 1. c. part. 2. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 1. eadem partita, Nicolaus Rubinet lib. 4. dec. 4. n. 16. vsque ad 22. Idque procedit etiam in donationibus factis in seruitiorum remunerationem Belluga in speculo Principis rubr. 9. n. 5. & 8. Molina d. c. 3. n. 18. Azenedo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. n. 11. Palacios Rubios in rubric. de donat. inter, §. 69. n. 14. cum sequentibus. Pinellus in l. 1. Cod. de bonis maternis, §. part. n. 62. vers. Inferius decimo quinto, Matienzo in l. 1. tit. 7. lib. 5. gloss. 9. num. 1. & alij.

Itaque

3. Itaque dicendum est cum Frago de Republica, p. 1. lib. 3. disp. 5. n. 46. quod ex causa potest Princeps adhibere modum donationibus à se factis, imò & reuocare eas, sicut etiam Præiudicia à se concessa, vel à prædecessoribus, præsertim quando bona donata, seu præiudicia concessa nocent Regi, aut bono publico. Ita Felinus in c. nonie. de iud. col. 7. & 10. Arerinus ibid. n. 25. quemadmodum potest ex causa reuocare contractum à se initum, prout habet Baldus voluit in princ. ff. de tenat. per text. in l. qui fundo, C. de omn. agro de ferr. lib. 11. Antonius & Imola in c. cum M. Ferr. de constitutionib. Probatur, quia Princeps debet incumbere administrationi Regni, vt ex facto suo Regno non præiudicat quod si aliquid ordinet in eius præiudicium, talis ordinatio tuit, vt latè probat Rolandus cons. 1. à n. 112 vsque ad n. 127. vol. 2. Cabed. & alij 2. p. dec. 19. per totam.

4. Sed de hac questione, etiam in hoc tractatu supra aliqua tetigimus, quia satis necessaria mihi visa fuit: durum est enim donatarios exigere donationes immensas à Rege sibi factas, & ex eodem tempore Regna grauati immoderatis tributis, & exactionibus.

RESOL. XVII.

An donatio remuneratoria sit proprie donatio? Et an hac donatio remuneratoria indigeat insinuatione? Et an quoties permixtum est alicui donare, ob bene merita & seruitia, intelligatur de meritis, & seruitiis præteritis, & non de futuris? Ex p. 3. tit. 6. Ref. 115.

§. 1. R Epondeo negatiue ex l. Aquilius, ibi defendi, non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum, ff. de donat. Menochius cons. 307. n. 4. lib. 4. & alij.

2. Dico igitur, quod donatio illa est, quæ propter obsequia, seruitium, aut beneficium aliquod sibi præstitum, à donatore fit; & hæc alio nomine donatio antidotalis dicitur. Et cum fiat ob gratitudinem obsequij, aut seruitij accepti, donatio merè gratuita & liberalis dici non potest, sed potius quasi compensatio rei acceptæ. Itaque donatio remuneratoria, cum remuneratoria sit, & obsequia remuneranda respiciat, verè & proprie donatio liberalis dici non potest, quamuis ex liberalitate tanquam ex dispositione oriatur; licet enim non teneatur donator ex iustitia illam facere, & nullo iure cogente fiat, negari tamen non potest, quin saltem, licet non ex iustitia, tamen ex gratitudine naturali, qui beneficium & obsequium accipit, beneficianti sit obligatus; quod (vt dixit) oportet scire: ex eo enim sequitur hanc donationem remuneratorem non indigere insinuatione, vt bene docet Molina tom. 2. de iust. disp. 292. ad initium.

3. Vnde ex his patet non esse admittendam opinionem Glossæ in d. l. donari, §. 3. & ibidem Decius itémque Cagnol. n. 1. ff. de reg. iur. Glossa in d. l. sed et si lege, §. consilium, in verb. obligauerim, ff. de pet. hered. quos vt & alios, refert & sequitur Abbas, Pinellus in l. C. de bonis materni p. 3. n. 60. mihi. pag. 367. & seqq. qui autumant, donationem remuneratorem causam factam propriam, veram & simplicem esse donationem.

4. Ad huc opinioni auxilium præstant nullum argumenta quibus nituntur. Primò enim, quod attinet d. l. donari, ff. de reg. iur. & dist. l. donari, 29. ff. de donat. textus vtriusque loci capiendus est non modò de propria, sed, & simpliciter, siue non propria donatione. Secundò, opem asserit isti pronuntiatio nullam, quod omnis donatio merita donatarij præsupponit, nec. adiect. 9. ff. de iur. iur. Non aliter enim remuneratorem causa facta dicitur donatio, quasi donator expressè dixerit, donare se ob præstita sibi à donatario merita.

5. Neque etiam obstat, quod ad beneficiendum natura ducimur, & proinde remuneratio non impediatur quominus simplex & propria dicatur donatio, cum alioqui nulla propria & simplex donatio esset. Non, inquam, id obstat: certum quippe est, quod & ob causam sit donatio, quamuis ad beneficiendum natura nos moueat, sed ob causam non dicatur, nisi specialiter nominetur causa ob quam sit donatio.

6. Notandum est etiam hic obiter, quod quoties permixtum est alicui donare ob benemerita, & seruitia, intelligitur de meritis & seruitiis præteritis, & non de futuris, & idem docere videntur Imola, & Romanus in l. Attilius, de donat. Iason in l. hoc iure, & Paulus de Castro cons. 315. n. 4. lib. 1. & generaliter, loquens de omni re, quæ pro forma alterius requiritur, quod debeat esse contemporanea actui, nec possit stare in suspensio. Alexander per textum ibi in l. 1. §. fuit questum, ad Trebell. l. si quis mihi bona, §. iustum, ff. de acquir. hered. in Clement. causam, de elect. in lege 1. §. qui presens, n. 10. ff. de verborum oblig. & nouissime Præfes M. Valenguela cons. 203. ex n. 3. & cons. 123. n. 58. & cons. 187. n. 70. & seqq. 2. part.

RESOL. XVIII.

An donatio remuneratoria valeat, si de ipsis meritis non constet, nisi per asserionem donantis? Et an Principis liberalitas non exigat, vt donatarius probet meritorum causas? Et in dubio autem, an donatio sit remuneratoria, an merè gratuita, & liberalis, censendum est esse remuneratorem? Ex p. 3. tit. 6. Ref. 116.

§. 1. A D hanc questionem dupliciter responderet Barbosa 10. 2. in lege, que dicit, ff. soluto matrim. n. 65. & seqq. Primò, vbi donator dicit se facere eam donationem propter merita & beneficia sibi præstita, valebit vt donatio remuneratoria, etiam si de meritis aliter non constet, neque necesse est ad valorem illius, vt merita ipsa probentur. Et hoc etiam docet Iulius Clarus §. donatio, q. 3. n. 2. Curtius iunior cons. 142. n. 3. & in facto ita iudicauit Parlamentum Delphinatus, testante Guid. Pap. dec. 35. & Iulio Claro dist. n. 2. Et ratio est, quia de beneficiis acceptis nemo potest certior esse testis, quam ille, qui beneficia accepit. Secundò si donator beneficia in donatione non exprimat, quantumcunque beneficia dentur, & merita, probenturque manifestè, talis donatio non est censenda remuneratoria, sed simplex, ac merè liberalis. Ratio illius est, quia tunc ea merita & beneficia censentur causa impulsiva talis donationis: liberalitas verò causa formalis, ac finalis, specificans ac denominans talem donationem.

2. Sed alij dissentiunt, quoad hoc vltimum, & aiunt, si de meritis præcedentibus appareat, licet de illis donator in donatione nullam mentionem faciat, & postea prohibeatur, præsumendam & censendam esse donationem remuneratorem, non simplicem & liberalem, vt dicebat Barbosa. Hanc tenet Menochius de arbitrar. libro 2. casu 88. num. 33. Mascardus de probationibus, conclusione 560. num. 10. Garcia de donat. remunerat. n. 43. Glossa in lege donatione, verbo Postulans, Cod. de collat. Sancius lib. 6. de matrimonio, disp. 6. conclus. 2. Nauarretus in Summa Latina, cap. 17. num. 146. Syluester verbo Donatio. 2. quest. 7. numer. 23. Rosella verbo Donatio. 1. num. 47. vbi asserunt donationem factam à patre filio esse remuneratorem, si probentur præcessisse merita remuneratorem digna, etiam si pater in donatione præcedentium meritorum mentionem non faciat; valer enim donatio remuneratoria facta à patre filio sub sua potestate constituto, probatis meritis remuneratorem dignis, iuxta Doctores proximè citatos, quamuis sint personæ ad faciendas

Dd 3 donationes

Sup. hoc in Ref. 3. not. seq. §. Notandum patet id post initium. à veris. Nec enim.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Hinc & infr. in Ref. 11. §. Vnde & in Ref. 45. & in alijs eius t. not.